

fico, quod Richardus Dominus *Le Scope* & Angliae Cancellarius sub Richardo Secundo maximis impensis construxit. Iamque in Orientem Solem se agens, *Midelham* oppidum adit, cuius honorem, ut in *Nevillorum* Genealogia legimus, Alanus Richmondiæ Comes fratri juniori *Rinebaldo contulit, cum omnibus terris, quæ ante eorum adventum ad *Gilpatrick* Danum spectarunt. Hujus è filio Radulpho nepos, Robertus *Fitz-Ralph* dictus, *Wentfdale* etiam omnem à Connano Britaniæ, & Richmondiæ Comite dono accepit, & ad *Midelham* castrum firmissimum excitavit, Ranulphus ejus filius monasteriolum Canonicis ad *Coverham*, *Corham* nunc contracte dicunt, in *Coverdale* posuit, ejusque filius Ranulphus suscepit Mariam filiam, quæ Roberto Domino *Nevill* enupta, in *Nevillorum* familiam hanc hæreditatem amplissimam quasi dotale patrimonium suis nuptiis transtulit. Qui quidem Robertus *Nevill* cum numerosam prolem ex uxore suscepisset, ignotus in adulterio deprehensus, & ab adulteræ marito in vindictam genitalibus mutilatus, brevi vi doloris expiravit.

Vrus deinde, postquam paucula permensus fuerit millaria, *Iervis* sive *Iorvallense*, monasterium nunc in ruinas redactum, postea *Masham* respergit, quæ fuit *Scroporum* de *Masham*, qui ut è stirpe *Scroporum* de *Bolton* progerminarunt, ita denuo in eandem conjugio insiti fuerunt. Ad alteram autem fl. ripam, sed magis introrsum, *Snath* sedet Baronum de *Latimer* primaria habitatio, qui clarorum natalium ortum duxerunt à G. *Nevill* filio minori Rad. *Nevill* primi Comitis Westmorlandiæ, qui hunc titulum honorarium ab Hen. Rege ejus nominis Sexto accepit, cum antiquior *Latimerorum* familia in foemina desisset, perpetuaque successione ad nostra usque tempora floruerunt. Cum mascula prole postremi Baronis deficiente, lautissima hæreditas inter ejus filias erat divisa, quæ in *Perciorum*, *Ceciliorum*, *D' anversorum*, & *Cornwallis* familias enuptæ fuerunt. Nec alios locos hac in parte memoratu dignos prætervehitur *Vrus*, nisi *Tanfeld*, habitationem olim *Gerneganorum* equitum auratorum, à quibus ad *Marmionos* descendit, quorum ultimus Amiciam hæredem reliquit, uxorem secundam Ioannis Domini Grey de *Rotherfeld*, cuius duo liberi adsumpto cognomine *Marmion*, matri succederunt, alterque unicam filiam & hæredem reliquit Elisabetham, conjugem Henrici *Fitz-Hugh* Baronis inclity.

Swale fl. Sacer. *Swalam* deinde à celeritate (ut author est Th. Spottus) sic dictum magno aquarum assultu influentem accipit *Vrus*, qui etiam ex Occiduis montibus vix quinq; mille passus supra *Vri* fontes in Ortum defluit: admodum sacer antiquis Anglis, quod in eo, uno die cum Angli primum Christo initarentur, plusquam decem millia virorum præter foeminas, & parvulos à Paulino Archiepiscopo Eboracensi vitali baptismo festiva lætitia regenerati. Devehitur hic *Swalam* valle utcunque patenti, quæ inde *Swalda-le* nominatur, satis illa quidem graminosa, sed sylvis indiga, primum per *Marricke*, ubi coenobium ab *Askis*, qui magni olim fuerunt nominis, extructum, & *Mask*, plumbi feracem. Inde Rich-

Middle-ham.

*Ribaldus aliis.

Domini de Middle-ham.

Genealogia antiqua. Coverham.

Snath. Barones Latimer.

Tanfeld. Marmion. Inq. 6. H. 6.

Marricke.

mondiam, vulgo *Richmond*, primariam regionis Rich- urbem exiguo mœnium circuitu inclusam, sed mond, perductis ad tres portas suburbis satis frequen- tem profundit, quam Alanus primus Comes, cum *Gilling* villa, sive *Manorio* suo proximo minus Gilling, consideret, contra Anglorum & Danorum im- petus, quos Normanni hæreditate spoliarunt, condidit, hoc nomine quasi *Divitem Montem* ornavit, mœnibus & castro firmissimo præmuni- vit, quod rupi impositum ex alto *Swalam* vasto cum murmure inter saxa ruuentem potius quam fluentem despicit. Erat enim villa illa *Gilling* reli- gione magis sancta, quam munitione firma, ex quo, in hac (quam *Beda Gethling* vocavit) *Oswius Nordanhumbrorum Rex hospitis insidiis inter- effectus fuerat, cuius ad cædem expiandam ædificatum erat monasterium, quod in summo ho- nore est à majoribus nostris habitum. Magis ad Septentrionem *Ravenswath* castrum satis magno, sed ruuentum mœnium ambitu se ostendit, quod Barones suos *Fitz-Hugh* dictos ex antiqua Anglo- rum stirpe habuit, qui loci Domini fuerunt ante Normannorum victoriam, & claruerunt usque ad Henrici V II tempora, magnis possessionibus ex nuptiis cum hæredibus familiarium illustrium de *Furneux*, & *Marmion* locupletati, quæ ad *Fenes* Dominos *Dacre* in Austro, & *Parros* per foeminas tandem devenerunt.*

Tribus infra Richmondiæ mill. pass. *Swala* vetustam illam urbem præterfluit, quam Ptole- mæus & Antoninus **CATVRACTONIVM** & **CATARACTON** dicunt, Beda autem *Catarra-eton*, & alibi *Vicum* juxta *Cataractam*, unde à Ca- tarractis nomen illud inditum existimo, cum Ca- tarracta juxta sit, sed proprius *Richmondia*, ubi occursantibus scopulis per dirupta aquis con- fractis ruit, ut dixi, potius quam fluit *Swala*. Et cur ille *Vicum* juxta *Cataractam* diceret, si ibi non esset fluminis Catarracta? Vrbem illis temporibus celeberrimam fuisse, ex Ptolemæo colli- gatur, quod ibi cœlestis observatio facta fuerit: nam & Magnæ Constructionis lib. I I cap. V I Parallelum quartum & vigesimum per Britanniæ *Cataractonum* describit, distareque ab Äquatore partibus L V I I facit, at in Geographicis longissi- mum diem horis X V I I Äquinoctialibus defi- nit, ut juxta suum ipsius θηλογομήν L V I I partib. distet. Hodie vero, ut inquit ille, *magnum nil nisi nomen habet*. Viculus enim est pertenuis, *Catar- ricke*, & *Catarick-bridge* dictus, notus tamen & suo ad militarem illam Romanorum viam situ, quæ hic flumen transit, & ruedis inde dispersis, quæ nonnullam vetustatis faciem præ se ferunt, præ- fertim ad *Ketter-cikswart*, & *Burghale*, quæ sunt à ponte paulo remotiora, & magis ad Ortum proxime flumen, ubi magnam molem quatuor quasi propugnaculis in magnam altitudinem maximo labore aggestam contemplati sumus. Quid olim à Pictis & Saxonibus pertulerit, cum illi Britanniæ urbes ferro & flamma fœdarent, nihil certi habemus; confirmato autem Saxonico imperio, floruisse videtur, (licet *Beda* vicum ubi- que vocet, donec anno Salutis D C C L X I X ab Eanredo, sive Beanredo tyranno, qui Nordanhumbrorum regnum convulsit, incensa deflagra- vit. Sed & ille statim misere incendio periit, &

Raven- wath.
Barones Fitz- Hugh.

Catufa- tonium.
Cataricke.

Catarick- bridge.